Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et tentauerunt & exacerbauerunt dm̄ excelsū /
& testimonia eius non custodierunt.
Et auertterunt se & non seruauerunt pactum /
quemadmodum patres eorum.
Conuersi sunt in arcum prauum / in ira concita
uerunt eum in collibus suis.
Et in sculptilibus suis ad emulationem eum
prouocauerunt.
Audiuit ds̄ / & spreuit. & ad nichilum redegit
ualde israhel.
Et reppulit tabernaculum silo / tabernaculū
suum ubi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorū / &
pulchritudinem eorū in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum / & he
reditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis / & uirgines eorū
non sunt lamentatae.